11 Admodum Rdi Dni Capitulares reassumunt Decretum Capituli Gnalis anni proximi praeteriti, vatione fundationis Commutationis ab Admodum Rdo Dno Sebastiano Kokwinski Archidiacono et Canonico Sandrien. Super Rorate in Ecclia Collegiata Sand. in fundationem duorum Concionatorum, eorumque Cancorum facta, Illudque ad Illmum et Rmum Dnum DD. Locioordinarium remittunt, et quid quid Illmus ea in parte constituerit, ordinaverit, ratificaverit, omnia vase et singula suscepturos et servaturos promittunt, prout et Trigo: re praesentis Decreti subscribunt

De alijs Nuntijs seu Commissarijs ad Illmum et Rmum DD. Locioordinarium mittendis.

Idem Admodum Rdi Dni Capitulares in eodem Capitulo Gnali congregati reassumunt nonnulla Decreta proximè praeteriti Capituli Gnalis videlicet de Anno gratiae, de coaequatione proventuum DD. Vicariorum Ecclae Nrae Collegiatae Sandomn. Ratione Summae aliquot millium florenorum polonicorum ex Derelictis post vitae statos Sacerdotes Jerzy Sadrien. et alia. Aliosque Nuntios seu Commissarios suos ad eundem Illmum et Rmum Dnum. Dnum Petrum Gembicki Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopum Cracov. Ducem Severiae deputaverunt Admodum Rdos Dnos Sebastianum Kokwinski I. C. D. Archidiaconum et Adam ac Simonem Przebęga Canonicum Sandrien. Confratres suos, Siquidem Admodum Rdi Dni Stephanus Piasecki et Joannes Brandys Canci et Sebastianus Komecki Cantus Wladislaus Praepositus Sandrien. Coadiutor nec officio Comissionali functi nec puncta supradicta abeis Illmo ad deciderdum proposita sunt

De Fundatione olim Ptis Joannis Grodski Ecclae Nrae Collegiatae Sandrien. Vicarii

13 Venerabilis olim Joannes Grodski Ecclae Nrae Collegiatae Sandrien. Vicarius post mortem suam reliquit aliquot centena florenorum Polonicorum non disposita specificè. Qua de re Executores Qfati olim D. Grodski sunt examinati ab

Admodum

Admodum Rdis Dnis Capitulis; qui dixerunt fassiq; sunt se audiuisse ab olim
ofato D. Grodski Confre suo hasc verba; Quidquid ex pecunia derelic-
tum fuerit post mortem meam, ea vel pro fundatione decantandæ
Passionis Dni tpore Quadragesi per scholam post Completorium cum
Organis, vel pro fundatione lectæ missæ de Passione Dni conuertitur
et Admodum Rdi igitur Dni Capitules attento eo, quandoquidem indifferens
voluntas olim prænominati D. Grodski fuit, et magis utilius lectæ
dignoscitur, vt Passio figurali cantu per scholam cum Organo post
Completorium decantetur, præsertim verò, quod Missæ Dni lectæ
in qualibet Septimana per ofatum olim D. Grodski fundatæ ab-
soluuntur. Ideo hanc fundationem pro decantanda Passione tempore
Quadragesimæ conuerti debere decernunt.

De Solutione 1500. florenos Polonos per Illmum et Admodum Rdum D. Lipski Cancum Sandrienses

14

Quia annus gratiæ ex Canonicatu seu Prebenda Turebska dicta,
post olim demortuum Rdissimum D. D. Philippum Lipski Abbatiæ Wą-
chrocensis Administratorem et Cancum Sandrienses dicti Cancatus seu Pre-
bendæ Turebska vltimum et immediatum possessorem debetur Mensæ
Capitulo Sandriensi, pro fabrica Ecclæ Nræ Collegiatæ Sandriensis;
Qui tamen per triennium fere ab Illmo et Admodum Rdo Dno Con-
stantino Lipski Cancio moderno Successore et possessore Turbiæ
iuxta submissionem eiusdem, non est Mensæ Capitulo solutus.
Ideo ex Instantia D. Procuratoris Mensæ Capitularis prænominatus
D. Constantinus Lipski Successor et possessor Turbiæ liberter
obligat se solutuum florenos Polonos 1500 Mensæ Capitularis San-
ex eodem Anno gratiæ post dictum demortuum fratrem suum.
Consentiente Mensæ Capitulo; et hoc infra tres menses sub pœna
sequestrationis prouentuum omnium et singulorum dicti Cancatus
Turbiæ, ab eo extradendæ cui competit. Post solutionem aut
R. D. Procurator Capituli extradet quietationem prædicto D. Lipski
suo et totius Mensæ Capituli nominibus.

Extractum ex Actis Mensæ Capituli Ecclæ Collegiatæ Sandriensis.

et Sigillo eiusdem communitum.

Simon Dziewęga Canonicus
et Vicis Capti Sandomir
Publicus Notarius mp

22

Capitoli Grali Ecclesiæ
Sedomiensis

16 - 20. IV. 1652.

Juncta in Capitulo Anno Dni 16 52 do diebus verò 16. 17. et 20 Aprilis sub tempus Visitationis in præsentiâ Illmi et Rmi Dni Loci Ordinarij Visitantis generaliter. Ecclam Collegiatam Laudnensem definita

Mansionarij antependys et nappis decentius altaria in suâ capellâ ornabunt, scamnaqs sue formas de novo antqs eiectis conform

Ille Templo ad: nimis offisl.

Portricus Ecclesiæ a parte septentrionali placuit ~~Ordinatur~~ ne periculum de ruina ~~1. Vel~~ reparetur ~~ex integro~~, et nova a parte meridionali ex: ~~struatur, præsenti deiectâ~~, curâ Rdi Procuratoris Capitu.

Placuit Vt Vicecustos cœmeterium in posterum sub perpe: tuâ clausurâ habeat, clavemqs maioris portæ penes se

1. servet, et pecoribus, suibus, equis pernum esse non permit: tat sub pœnis arbitrarijs a Vtri Capto condignum ferend.

Circa fundamenta Ecclesiæ et columnas eiusdem ab

1 Cœmiterium solidis extra Rdus Procurator omnem diligentiam et reparationem quantotius Vbi opus fuerit, adhibebit

Rationes. ex Zabno et Grodzka anticipando Capitulum generale H. Residentes a Rdo Procuratore

3. excipiant, omnesqs difficultates prudisas et examinatas Vtri Capto referant, et circa ea singula prout res ipsa postulabit, Vti quietationes et similia Ostabit et exequetur Vtri Captum

Placuit Vt ex nunc mundè et distinctè per Vicecustodem in libro omnes proventus, census, et aliasqs

3. uis obuentiones huius Ecclesiæ conscribantur, itidem

inscriptione

23

inscriptiones a quo, pro quo, quibus fuit facta de tempore
Anno, die, authentice ex actis quibusnis excerpantur.

1. Submittit se Vrbi Capitum Annum gratis iuxta statuta
et Ordinationes in perpetuum soluere, nec prius ab hinc
ad Capitum quemquam admittere, donec vel assecuratio:
nem vel solutionem de facto prestiterit.

Placuit vt ex intentione suâ fundationem Obituariis
exigendâ penes Ecclam Collegiatam Sanctæ Andreæ Rmi Dñi
Begà in scriptis porrigat: Item et inventaria origina:
lia thesauri, iuriumq; bibliothecæ, aliorumq; deducat.

2 Placuit vt vicecustos quâlibet septimanâ Officia Rmorum
Prælatorum et Canonicorum tum Anniversaria in tabella descri:
ptâ in Capito, pro quo de nomine et cognomine affigat.

3. Sub pœnis a Vrbi Capito eidem infligendis cum ex Bullat: incumbet officium qui negligentes nec celebrant. Item inter Obituarios V. Capito Gott.
Ratione Rmi Custodis et Officij ipsius circa thesaurum
personam adhibendi et de facto exercendi, reassu:
muntur omnia decreta, ordinationes, et consuetudi:
res ab antiquo recepta. Stet.

2 Vicary celebrantibus Prælatis et Canonicis Sacra can:
tata per se ipsos et non per substitutos quosvis in:
ferviant, nec confabulationibus ad altare, prout et sub
tempus Divinorum in choro alias vacent.

2 Placuit vt Vicary Ecclæ Collegiatæ Sanctæ Andreæ alio tempore
Capita sua et non post matutinum Sacrum, nec prælæ:
tio Divinorum vel silentium in Ecclesia fiat, celebrent.

2 Placuit vt altaria septem de more Vrbis Romæ
a Vrbi Capito procurentur.

Conformum

2 Constitutum est vt pulsus tempestivus pro Divinis iuxta
exigentiam temporis penes Vicecustodem sit, qui tamen se
conformabit voluntati Vrbis Capti sive Rmorum Residentiæ
in quantum opus fuerit.

Placuit vt Prælatura Cantoriæ semper et in omnibus
ante Scholasteriam precedentiam habeat. ut ajunt

3. Submittunt se Prælati et Canonici sextam partem proventuum tam Prælati
quam Canonici quotannis in futurum iuxta Ordinationem
Radzivilianam soluturos.

3 Item submittunt se duobus mensibus licet non continu:
atim residentiam penes ecclesiam prestituros.

3. Placuit vt aliud Capitum gratis pro die secundâ Junij
in futurum celebretur; quod, vti et pro Nativitate
B. M. V. de mane semper peragetur.

2. Contra Rmos Dnos non servantes suos Vicarios pœna
decem marcarum adaugetur.

Ratione domuum et residentiarum omnes ordinationes et
statuta reassumuntur.

2 Placuit ne ad altare majus Vnquam præter Prælatos et
Canonicos quisqm Vicario de Clero licita missas lectas celebret, exceptis festis
secundis ratione altaris privilegiati pro defunctis.

2 Inhibetur Vicecustodi ne Sanctuarys pro suo libitu
ad propria servitia, præterquam quæ concernunt Ecclesiam,
sub pœnis a Vrbi Capito infligendis vtatur.

2 Placuit ne Vicary sese sine licentia Senioris Prælati
vel Canon proximi exeuntis ab Ecclesiâ absentent.

3. Item placuit vt ex Statutis Capitularibus duo ad
minimum in Capitis privatis in futurum prælegantur. Eaq;
Statuta

24

2. Statuta prout et Acta Capitula in posterum non in domibus privatis, sed in Capito asserventur, nec cuiquam sine scitu Totius Capiti extradantur.

1. Nunquam licebit Generalis Capiti decreta, Constitutiones sive Ordinationes, sequenti Capito sive gentis multominus particulari, sub pœnis quæ anteactis Ordinationibus adiectæ sunt, immutare.

3. Item interdicitur Vicecustodi, ne Jura Ecclæ, Privilegia libros cuipiam extradat ex Capito sine scitu et consensu eiusdem. Quorum omnium ex nunc inventarium exactè conficiet, et confectum ad subscribendum et Sigillandum Toti Capito præsentabit, inter alia acta et ordinationes posteris observandum temporibus.

Bunete in capitulo Sando
mirensi Vele. Bunete

1656

Ea est in Judicijs suis benignitatis Divina ratio, ut licet aliquando graviter nos peccantes gravuscule feriat et Corripiat manus ejus, non tamen omnem penitus à nobis amovet Misericordiam et Clementiam suam, imo hâc severitatem suam temperat ut et sensum Iræ suæ nobis imprimat, et nihilominus Eadem benignitate sua ad Se et bene agendum alliciat. Graviter Nuper punijt ob gravia peccata Civitatem Sandomiriensem et Castrum eidem annexum Sustulit Ecclesias Archiva Cultus sui in Cineres et Pavillas redegit, domos habitator et Fortunas Ipsorum, Vita Nihilominus pepercit. Consumpsit ignis Acta Terrestria et Judiciorum Libros funditus in Ecclesia Beatissimæ Virginis MARIÆ ab immemorabili ætate hominum depositos maxima Pars tam Actorum Castrensium quam et Succamerarialium ruina sua involvit, Arx hostili pulvere pyrio Sublata. Reliquit Nihilominus ex sua benignitate Protocolla sive Originalia Castren.° à multis annis nonnulla Commixta scorsivo in loco ubi ista infernalis ferme non est debachata Sulphureo intratu furia per Generosos loci præsentis Vicecapitaneum et Vicesgerentem asservata. Non Concussit impetus iste feralis omnia in eodem Castro Domicilia, sed fornices aliquot intactas reliquit, ubi et Acta asservari Commodè, et Judicia Solita debitè exerceri queant, ut demonstret Nobis etiam Cum gravissimè nos puniat Judicia Nihilominus Sarta tectaq in Terris esse velit. Qua propter Generosus Joannes a Rozyce Trojanowe Rozycki Vicecapitaneus et Judex Castrensis ac

Camerarius Manicialis Sandomirien et Secretarius
Sacræ Regiæ Majestatis ab expeditione bellica Generali
tum vigente ex præscripto Legis publicæ ad Suscipi:
endas Inscriptiones Relationes et Protestationes, nec
non Judicia licentiosor immunis existens, postqua
per hoc hucusq Tempus eorundem Actor reliquias
varie dispersas in unum multo labore Collegisset,
et Fornices ad eadem asservanda præparari debite
Curasset. Acta eadem Castrensia in Conventu Ordinis
Prædicatorum Sancti Jacobi extra Civitatem sito
ex præfata ruina relicta hucusq deposita iterum in
Castrum et locum ad id selectum deportari fecit
et Ipsa ex munere Officij sui denuo ad suscipiendas
more et Jure Solito Inscriptiones Protestationes
Relationes aperuit, et ea omnia quæ Juris sunt
exequi Nec non Judicia sub Tempus expeditionis
bellicæ Generalis de hac incidentia s: quæ una vice
in Civitate ob non reparata in Castro Aedificia Praeta
expedire necessum habuit sese Celebraturum Obtulit,
ac prælmissa omnia Ministeriali Regni Generali Provido
Valeriano Szydłowski de Sandomiria publicare injunxit,
prout id præfatus Ministerialis debite executus est.
DEUS Ter Optime Maxime fac ut ea tua Pena gra:
vitate ad pie vivendum, Jure agendum, recte Judicandum
Compellamur et adigamur, ut tota vita nostra
et Actiones omnes imprimis ad Divini Nomi:
nis Tui Gloriam et animæ nostræ Salutem Aeternam

vitæq

vitæque illius nunquam immoritura Curan:
dam possessionem vergant. —

Actum in Castro Sandomiriensi,
post Ejusdem et Actorum Hostilique
Svetico Duinam Feriâ Sextâ post
Festa Solennia Sacri Penteco:
sten proximâ Annô Domini
Millesimô Sexcentesimô
Quinquagesimô Sextô.

Legit Styskadzki

26

Intuitu Conflagrationis
Actor: Castrens et Succame:
ranialium Sandomirien:

Manifestatio

In Castro Sandomiriense
A. D. 1656to

Fr. Bon. et Th. Solomon:
Sacri Dentavs Ter

missio Rnd Patris Rectoris Anno Dni Millesimo Septingentesimo Decimo Octavo die Jovis Vigesima Quarta Martii data, facta, sonat, exponit et tradident, asserunt Patres Societatis nulla alia habere et extare Documenta praeter continuam et usitatam praxim.

Domus Poenitentiarie

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Trigesimo Septimo die Decima Sexta Septembris. Capitulum Partiale.

Postulatum Illmi Jasinski.

Post fata Illmi Sulikowski Canci Poenitentiarii Illmi Jasinski Successor ejusmodi Canonicatus inivit cum Rndis Vicariis ratione mansionis et fundi certam quandam compositionem, quam in Acta Capitularia ingrossari petiit, et Vble Capitulum votis ejus annuit et ingrossandam esse censet. Cuius tenor talis. =

Niżey na podpisie wyrażony, meo et totius Communitatis Adm Rndor Vicariorum nomine kwituję Jmxiędza Marcina Jasinskiego Kanonika Sandome z odebranych rzetelnie złt Pott Sto Osmdziesiąt, ato za budynek wystawiony in fundo nostro Vicariali w tyle Rezydencyi pomienionego Jmxa Kanonika, który to budynek s.p. Jmxiądz Sulikowski Kanonik Sandome lubo nam przez dyspozycyą swoię applikował, iednak my uważaiąc subiectionem tam ex parte Jmci Xiędza Kanonika, iako ex parte nostri zgodziliśmy się z Jmxiędzem Kanonikiem Jasinskim za zwyż wyrażoną Summę złt Pott Sto Osmdziesiąt, które to obliguiemy się dać na Lokacyą ut piae Intentioni niebosczyka Jmxiędza Kanonika Sulikowskiego satisfiat. Pro omni zaś Kwicie tone Jmxiędzu Kanonikowi Jasinskiemu zapisuiemy się, in quantumby iaka do tego gruntu przez kogokolwiek pokazała pretensya. Papiery do tego gruntu należące cokolwiek bydź mogą przy nas oddać obliguiemy się. Na co się nomine totius Communitatis Rndor Vicariorum qua Procurator podpisuę Datum Sandomiriae die Vigesima Quarta Mensis Septembris Anno Millesimo Septingentesimo Trigesimo Quinto. Adamus Bersaam Swaczynski Vicefustos Procurator Collegiatae Sandome

Area Scholasticae et Krzeczonowska.

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Decimo nono die Decima Mensis Maij Capitulum Partiale.

Vigore Decreti in praeterito Generali Capitulo lati ex massa Vblis Capituli domus Scholasticae pro conservatione Suppellectilium ad fabricam Ecclesiae Collegiatae coemptarum et pertinentium, ne amplius expensae frustrentur per amissionem et deperditionem rerum, quae pro necessitatibus fabricae

comparantur,

reparetur aequivalens et alia Perillustri Scholastico sine mora et ulla dilatione in area a Patribus Societatis Jesu Vbli Capitulo cessa exdividatur, Illmis vero Dębicki Canonicus, quoniam pro majori commoditate Hospitalis Pauperum Sacerdotum suam aream dotalem fundi Kobierniczki concessit, et defacto eandem cepit. Ideo Vble Capitulum uti specialem ejusdem Hospitalis Protectorem habens Illmi Cnci Dębicki et ejus in eadem posteris aequivalente et proportionata area, idest ultra longitudinem ac latitudinem ab omni contributione immuni et libera, in qua vetusta nunc extat domus Pendor Vicariorum quondam Ecclesiae Parochialis SS. Petri et Pauli post translationem ejusdem ad suum Collegium, vigore transfusorum in se jurium cum tota et integra hacce Domo ex rationibus se se pervoventibus recompensavit, evictionem in omnem eventum a cunctis contributionum impositis oneribus et penes se reliquit et ad effectum exdivisionis desmensurationis predictae Areae Illustres Jacobum Orzechowski et Joannem Salepezynski Canonicos deputavit.

Anno Dni Millesimo Septingentesimo Sexto die nona Septembris Capitulum Generale Celebratum.

Kobernicka. Attento consensu expresso tam Illmi Canonici moderni fundi Kobernicka, quam etiam Vblis Capituli, fiet aut permutatio pro alio equali fundo aut per medium utriusq areae tam Illmi Cnci praefati quam Hospitalis, decernitur desmensuratio et Partiali Capitulo committitur.

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Decimo nono die nona Septembris. Celebratum Generale Capitulum.

Approbatio permutationis

Quoniam perpetuitatem transmutatio fundi Canonicatus Kobernicka in commodum Hospitalis Pauperum Sacerdotum tangat et Canonico fundi Kobernicka in vim Dotis fundus dotalis quondam Ecclesiae Parochialis, nunc vero Ecclesiae Collegiatae serviens sit exdivisus, idcirco praesens Generale Capitulum ut haec mutatio in perpetuum firma valeat, et indispensabiliter immutari nequeat, robur in aevum apponit, et Decretum Partialis Capituli latum in omnibus clausulis approbat et ratificat.

Capitulum Partiale

Capitulum Partiale Anno Domini, Millesimô Septingentesimo, decimo nono die Trigesima Octobris Celebratum.

Et in contenenti rescindendo omnia litigia et dispensiones cum Patribus Soc Jesu exortas, in Castro Sandomir per profundos Processus ratione Capitalis Summae Quadringentorum florenorum in bonis Szragi seu Rzeczyca sucha locatorum et inscriptorum, quorum bonorum Collegium Soc. Jesu est in possessione, injungitur Dno Procuratori, quatenus una eadem occasione ratione istius Summae Capitalis cum Patribus finiat et totaliter concludat. Tum quoq intuitu Domus circa muros Cemetery et Portae Cracoviensis a Insa Stradomska in rem Collegii vigore fuis transfusi et cessi, quoniam et de eadem Domo litigia exorta, itaque ut hoc jurgia Illris Procurator sopire faciat, recommendantur.

Summae super Areis Civitatis. Capitulum Partiale Anno Domini Millesimo Septingentesimo Trigesimo Sexto, die vigesima septima Aprilis.

Punctum Novum ad formandam ordinationem in negotio Juris Parochialis. Cum nonnulla partialia fundationum seu Donationum pro parte Ecclesiae Parochialis S. Petri, videlicet Summae Quatuor millium super Boxin et Łączko, Anno Millesimo Sexcentesimo Trigesimo septimo Feria tertia post Conversionis S. Pauli per Virum Danielem Brzeski inscriptarum. Atque super bonis Civilibus 200 fl. Parocho inscriptorum Anno Millesimo Sexcentesimo Nono Censum ut pote flor Tres, gros. Quindecim super Lapidea Pszorkowska. Anno 1616 Flor 4. super Praxatorio Szczucienskie Ao. 1618. fl. 6. super Lapidea Mateckie. 1619. Flor. 6. super Domo Kozubowskie. Ao 1619. flor. 6. super Domo Szczuska. Ao. 1620. flor 5. super Domo de Szpot. Ao. 1624. Flor 7. super agris Rzeczyca. Ao. 1624. Ao. 1631. Flor 6. super agris Gorskie. Ao 1632. Flor. 14. Super horto Szczekarska. Ao. 1666. Flor. 14. Super agros Koczyny. Approbationem adhuc Authoritatis Ordinariae non fuit assecutae, ideo pro hujusmodi approbatione ad presens Venerabile Capitulum instat. Tum Summae Mille florenor Hospitali S. Petri in agros emptos supplicat.

Capitulum Generale Anno Domini Millesimo Septingentesimo Trigesimo Sexto die Decima Mensis Septembris celebratum.

Emptio Domus

Quoniam circa Ecclesiam Collegiatam et inter mansiones Vicariorum Domus Spectabilis Walepezynskia sola Secularium existat que non minorem Presbyteris Collegiate distractionem faciat, ideo committitur Jlri Procuratori quatenus pretio Quadringentorum florenorum et aliquali contentatione à prefata Walepezenskia in rem Collegiate emat, previsa omni securitate debitorum si que inveniri possunt, latentium.

Ex Actis Insignis Capituli Collegiatae Sandomiriensis depromptum, et Sigillo eiusdem communitum.

Martinus Fabianski Notarius Apicius et Actor Dmi Capituli Sandom.
Secretarius mpp

1663

Domus seu hortus Beginarum. Anno Domini, Millesimô Sexcentesimô, Sexagesimô Tertio, iq decimâ tertia Aprilis, Capitulum celebratum est. In quo Capitulo propositum est, ratione horti seu pomarii ad Beginas ex antiquo spectantis, ne in alienas manus deveniat, demandatur Illri Dnô Procuratori, ut pomarium huiusmodi revideat, curam et tutellam ipsius habeat, limites circumspiciat, et conservet, ne a Religiosis Patribus Dominicanis Conventus Sancti Jacobi tollantur, sepimentaq provideat ex proventu et fructibus ejusdem pomarii.

Anno Domini, Millesimo Sexcentesimo, Septuagesimô Tertio, die Nona Septembris Generale Capitulum celebratum est.

Hortus Beginarum.

Committitur Domino Procuratori, ut hortum Beginarum dislimitet.

Domus Beginarum. Anno Domini, Millesimo Sexcentesimo, Quadragesimo primo, die nona Septembris Capitulum Generale est celebratum.

De Domo Beginarum.

Delatum est ad Gle Capitulum domunculam Beginar, in Cemeterio Ecclesiae Collegiatae Sandomz prope aream Adm Rndi D. Custodis esse ruinosam, quam adpresens una tantummodo mulier pauperacula inhabitat. Cupiens igitur Rndus D. Sebastianus Kolowinski Canonicus et Plebanus Sandomz circa Ecclesiam Collegiatam Qui M V. petiit a Dnis Capitularibus praefatam Domunculam Beginarum cum area tota et integra sibi concedi. Idemq petiit ab iisdem Dnis Capitularibus hortum seu aream adiacentem Altaristarum SS. Innocentum sibi donari. Qui in presenti Capitulo submisit submittitq in iisdem areis domum de novo pro commoda sua mansione proprio sumptu exstructurum. Et Adm Rndi Dni Praelati et Canci in Gli Capto congregati petitioni Rndi Dni Kolowinski annuendo. Domunculam Beginar in Cemeterio Ecclesiae Collegiatae Sandomz pones aream Adm Rndi Dni Custodis sitam cum area ejus tota, tum aream seu hortum Altaristar SS. Innocentum facile concesserunt, concediuntq presentibus, ita tamen ut praenominatus Dnus Kolowinski domum de novo cum omnibus attinentiis proprio sumptu exstruat, quae domus Dno Kolowinski ad ultima tantum ejusdem tempora, serviet, post obitum autem ad dispositionem Vblis Capli Sandomz absq quibusvis molestiis et controversiis redire et cedere debet.

Anno

Lampas. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Duodecimo Sabbatho post Festum Nativitatis Beatae Mariae Virginis proximo, Generale Capitulum celebratum est. Incensor Lampadis

Providus Christophorus Mnisch Sutor et civis Sandomir lampadis nocturnae et diurnae in Ecclesia nostra incensor, qui habet et habere debet provisionem ac meriedem suam à Consulibus Arendatorum balnei, quod olim fuit Ecclesiae Collegiatae Sandomir, et postea translatum ad Civitatem Sandomir et nunc partim negligentia civium partim vi fluminis, in cuius ripa fuit aedificatum corruit. Habentes tamen rationem Dni Capitulares dicti Incensoris lampadis, quod sit admodum vigilans, et nimis sortis tenuis, vestemq habens laceram, et domum incendio consumptam, duos florenos illi pietatis causâ donandos statuerunt pro hac tantum vice.

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Quarto, die Nona Mensis Septembris Celebratum Generale Capitulum.

Lampas ante SSmum Sacramentum.

Lampas ut accendatur, et continuo ardeat ante SSmum Sacramentum commendatur Ando Vice Procuratori, qui Servum ad huiusmodi lampadem à Magistratu Sandomir justa fundationem antiquam procurari et tempestive subministrari faciat.

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Quinto die nona Mensis Septembris Celebratum Generale Capitulum.

Lampas.

Lampas continuo arsura ante SSmum Sacramentum provideatur per Magistratum et cives Sandomirienses.

Fundi Hospitalis Senioconfectorum.

Anno Dni Millesimo Septingentesimo Trigesimo Secundo, die Decima nona Decembris Capitulum Partiale.

Quod autem attinet ratione munimentorum aliquoties a Patribus Societatis repetitur super fundos civiles Hospitali Senioconfectorum sacrorum, et aviales circa viam adiacentes ex Civitate ad Collegiatam procedentes, quos Collegium Societatis Jesu Sandomir circa translationem curae animar Vbli Capitulo tanquam immunes ab omni contributione liberos, prout etiam Beneplacitum obloquitur Romanum et Sub

30

5. B. 1672

De Dignitatibus & Canonicis.

Quenam onera & obligationes, aut Officia tam Dignitatibus, quam Canonicatibus hujus Ecclesiæ incumbant Supervacaneam profecto illorum enumerationem esse censemus, Prædecessores siquidem Nostri illa omnia & singula in Reformationibus suis, satis & perquàm abundè, præcipue verò Reverendissimus olim Radivilius etiam in particulari recensuit, ad quas quidem Reformationes & nos ne Pantologiam committamus, quinimo ut magis executionem earundem Reformationum promoveamus, quam ut nova Decreta sine necessitate multiplicemus, eosdem Dignitarios & Canonicos, ad easdem Prædecessorum Nostrorum Reformationes remittimus, eisq; maxime Personalem et crebram, aut saltem Mensrualem residentiam à Nostris Prædecessoribus & de præscripto Concilij Tridentini, aliorumq; Sacrorum Canonum inculcatam commendamus, absentia siquidem Capitularium magnos & crebros defectus in cultu Divino & Regimine Ecclesiæ hujus quotidie accedevat, propereaq; Ipsis omnibus & eorum cuilibet in solidum insinuamus quatenus meminerint se ad præfatas in hac Ecclesia Dignitates & Canoniatus non ideo fuisse & esse assumptos, ut scilicet tantum fruges consumant ut otiosi & nil in hac Ecclesia laborantes, reditus ex Fundis Dignitatum vel Canonicatuum ejusdem Ecclesiæ percipiant, sed potius ut Officium propter beneficium ipsius collatum per se & non per substitutos, prout eo nomine Concilium Tridentinum Sess. 24. de Reformatione Cap. 12. expresse præcipit, exerceant, ut sicut de altari hujus Ecclesiæ vivunt; ita etiam illius onera per se subire teneantur. Indignquippe (loquit non sine Justo Pastorali Zelo Andrius olim Jacobus Zadzik Prædecessor Noster in Decreto Suo Reformatt pro hac eadem Ecclesia Subtit: de Capitulo relicta) lacte & lana convincitur: si nihil laborat, si non pascit oves, si non vigilat in custodia gregis, pari modo, qui se ipsum non præbet exemplum bonorum operum in observantia Divinæ Legis, in propagando Cultu Divino, Væ illis, (inquit D. Bernardus) qui peccata populi comedunt, sumptusq; Ecclesiæ gratis se habere reputant venient (inquit) ante Tribunal Christi, audietur populorum querela gravis

accusatio dura, quorum vixere stipendijs, nec tamen diluere
peccata, quibus facti sunt Duces cæci, fraudulenti Mediatores &
Ne igitur apud Deum & homines Cleri hujus Ecclesiæ vituperet
ministerium, neve populo loci hujus habeat, quid mali de Clero
Ecclesiæ hujus loquatur, hortamur in Domino eos omnes qui
huic Ecclesiæ Insigni nomina dederunt, ne sese temerè, quando
nulla præcedit quominus id faciant necessitas, a residentia ur-
ca hanc Ecclesiam subtrahant, quinimo ut negotia sua in tantum fa-
cilitent, ut non solum menstruatim sed etiam crebriùs et præsertim
Solemnioribus festis Ecclesiam hanc cujus proventibus vivunt
præsentia sua condecorent, ut Septimanas ad Divina peragendas
se ex ordine tangentes, Ipsi per se aut saltem per Concanonicos
suos sustineant, ut obligationes de Tribus Missis Septimana-
tim, ultra dies Dnicos & Solemnitates celebrandis ijdem Capi-
tulares ex antiquo Statuto ac de præscripto Reformationis
Zadzikoviana expleant, idq; sub pœna sequestri proventuum
ex Fundo Canonicali provenientium pro ratha negligentiæ. ut
Anniversaria hactenus neglecta omnino reassumant, &
reassumpta juxta mentem Decreti & ordinationis Zadzi-
koviana in tabula Officiorum, quæ per totam Hebdomadam
tam per majores Capitulares, quam per Vicarios peragi debent,
conscribi faciant atq; non expectato Capitulo Generali suis
temporibus & alias sine procrastinatione absolvant solatia q;
inde obvenientia cuntaxat inter præsentes distribui faci-
ant, ne aliaquin piæ Fundatorum intentiones depereant
propterea q; reditus hujusmodi et Anniversariorum quantoci-
tiùs vindicent, et neglecta eadem Anniversaria deductis ex-
pensis in lites & Processum factis compensent, in quo speci-
aliter oneramus consientiam omnium & singulorum Capi-
tularium. Item ut Capitula Septimanalia hactenus intermissa
Ultra Annum Generale celebrent, in eisq; distributionem pro
residentibus destinatam ad minimum per tres Florenos Poloni-
cales & alias juxta proportionem summæ ex Sexta Parte
mox ut infra describenda, nec non de Villa Opoczka atq;
aliunde collectæ distributioni totius anni de numero residen-
tium correspondentis, non expectato Generali Capitulo omnino
inter præsentes & Divinis interessentes, faciant; ad eumq; ef-
fectum

tum Punctatorem Juratum hujusmodi absentias notantem
Capitulariter instituant, præsentia verò eorum tantùm Capitula-
rium est admittenda qui diebus ferialibus superpelliceati in stallis
suis & non extra stalla idq; sive in Matutino sive in Summo sacro
In duplicibus autem solemnibus præcipuè in Festis omnibus Beatæ
Mariæ Virginis, necnon Apostolorum in anno occurrentibus etiam
in Vesperis primis & secundis tanto magis in Conventuali Missa
& Concione adfuerint, pariter in Dominicis Diebus Processionij &
Divinis antemeridianis assistentiam suam præbuerint, et non alias
nec aliter. Ut autem pmissa omnia tanto efficaciùs procedant, sex-
tam partem redituum a Prædecessoribus nostris pie & rationabili-
ter institutam, & ex rationibus justis, per Lodmum olim Jacobum
Ladzik modice auctam, reassumendum & innovandum duximus,
prout per hasce præsentes nostras reassumimus & innovamus, &
sub præcepto formali omnibus & singulis Dignitarijs & Canonicis
infra nominatis præcipimus & mandamus, quatenus quisq; illorum
sub tempus Generalis Capituli summam pecuniæ infra specificatam
ad manus Procuratoris Capitularis annuatim, incipiendo à Festo
Nativitatis B. Mariæ Virginis in anno proxime sequenti, à data pre-
sentium computato, dent, numerent, & realiter atq; in effectu solvant,
idq; sub poena sequestri proventuum Fundi, ex tunc in eodem Ca-
pitulo Generali contra hujusmodi non solventes per Idem Capitulum
Autoritate nostra & Successorum nostrorum extendeng. Ad quem
effectum hocce Decretum nostrum in Capitulis etiam particula-
ribus semel & iterum ad tertio publicandum vim triplicis
Monitorij semper habere declaramus & ordinamus, ut sic ex
parte Processus & formæ sequestri decernendi omni exceptio-
ni, aut veriùs non solventium tergiversationi occurramus. Ut
autem liquidò constet de quota hujusmodi sextæ solvendæ, sic
ut sequitur taxam Ladzikovianam in specie ponimus. Et
primo de Fundo & fructibus Præposituræ Centum viginti
Florenos Polonicales solvendos esse declaramus. Se-
cundo ex Fundo & fructibus Decanatus Septuaginta
Florenos. Tertio ex Fundo & fructibus Archidiaconatus
Quinquaginta Florenos. Quarto ex fundo & fructibus Scho-
lasteriæ Sexaginta Florenos. Quinto ex fundo & fructibus
Cantoriæ Centum quinquaginta florenos. Sexto ex fructi-
bus ex fundo Custodiæ Centum viginti florenos. Septimo
ex fundo & fructibus Canonicatus Turoia Centum sepu-
aginta Florenos Octavo ex Fundo & fructibus

Canonicatus Dunietozie Centum florenos. Nono ex fundo & fructibus Canonicatus Zaigzkowska Septuaginta florenos Decimo et fundo & fructibus Canonicatus Kunice Sexaginta florenos. Undecimo ex fundo & fructibus Canonicatus Kobierniki florenos Quinquaginta Reliqui Canonicatus ob tenuitatem provisionis aut dotis suæ non cadunt sub præsentem taxam. Huic igitur summæ ex præmissa taxa provenienti, accumulari debent ea omnia quæ de more & consuetudine hujus Ecclesiæ pro distributionibus Septimanalibus deserviunt. Centum duntaxat florenis pro Capitulo Generali inter præsentes distribuendis annuatim relictis. Quanquam & hujus percipiendæ divisionis eos duntaxat Majores Capitulares fore & esse capaces declaramus, qui & Generali Capitulo personaliter adfuerint, & qui Septimanas se in anno concernentes, per se vel saltem per substitutos suos ad id specialiter relictos sustinuerint alioquin præmissam diligentiam non habentes, eidem Centum florenorum & Anniversariorum divisione omninò careant, imò verò pro negligentia dictarum Septimanarum pro qualibet omissa neglecta Unum florenum currentis monetæ ad Carbonam Capituli deponat sub poena Sequestri superius hoc titulo interposita per Capitulum harum præsentium vigore extendendi.

Ex Decreto Reformationis Illustrissimi & Reverendissimi Dñi Andreæ Trzebicki Episcopi Cracov. sub tempus Visitationis Anno Dñi Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo Die quinta Septembris expedit Desumpt.

Juramentum

Juramentum DD. Capitularium.

Ego. N. Juro ad Sancta Dei Evangelia quod Jura & Statuta consuetudinesq; rationabiles antiquas & approbatas hujus Ecclesiæ pro viribus meis bona fide servabo, & Consilia Capituli, quæ mihi revelata fuerint in ejus damnum & præjudicium nulli pandam, neq; significabo, alienata indebitè ad Jus & proprietatem ipsius Ecclesiæ spectantia, omni voto, justis modis, & rationabilibus quibus potero revocabo & recuperabo. Juro quoq; quod Annum Gratiæ Præcessori meo debitum ad quartam Partem redactum, per Illustrissimum & Reverendum D. Loci ordinarium nemini alteri, nisi pro Fabrica Ecclesiæ hujus juxta Statutum V. Capituli ad manus Procuratoris ejusdem Capituli fideliter reddam atq; in dispositione ultimæ meæ Voluntatis Executores seu Successores meos ad reddendum eundem Annum Gratiæ pro Fabricæ hujus Ecclesiæ ex Præbenda mea dicta N. Sandomiriens tantum non obstante Statuto Provinciali obligabo. Insuper Juro quod sextam Partem Proventuum ex Præbenda mea N. Sandomiriens juxta Præscriptum Sacri Concilij Tridentini Sess. 21. & 22. Cap. 3. de Refectionibus & ordinationes Illustrissimorum & Reverendissimorum DD. Episcoporum Cracoviensium, pro Residentibus ad manus Procuratoris Capituli quovis Anno, sine qua vis tergiversatione quoad vixero realiter & in effectu solvam, sic me Deus adjuvet & hæc Sancta Dei Evangelia Virgo Maria & Omnes Sancti.

Jacobus Orechowski Cancellarius Sandomiriens
et V. Capituli Secretarius mpp

34

Copia
De Dignitariis
et Canonicis
Juramento de Capi=
tularium

Posiede 9. II. 1698

Capitulum Generale Anno 1698 die Martis Nona Septembris.
Praesentibus Perillustribus Illustribus DD. Martino Windler Praeposito, Dominico
Lochman Decano, Stephano Malachowski Cantore, Christophoro Dembicki
Andrea Brolnicki, Casimiro Rzeczka, Josepho Georgi, Christophoro Mi-
dzynski, Laurentio Mealicki Canonicis.
Perillustris et Admodum Reverendus Dominus Andreas Olszowski Cra-
covien Sandomirien Canonicus Fundi Turbia, a praesenti Gnali Capitulo se ad
professionem Fidei faciendam et Juramentum, iuxta consuetudinem huius Capituli,
in persona sua admitti postulavit. Perillustres et Adm Rndi DD. Praelati et Canoni
quatenus idem Perillustris et Adm Rndus D. Canonicus in eam formam, iuxta quam
Suus Mandatarius officio è constituto vigore mandati specialis iuravit,
Juramentum praestet, decreverunt. Cui Decreto idem Perillustris Dominus Canonicus
se eo nunc parere non posse respondit, sed tempus deliberationis praehabendum ad
diem crastinam sibi concedi postulavit, et Vnbli Capitulo Gnale postulationi Posi-
tus annuit.
Die Nona Septembris 2da Capli Gnalis Praesenti Perillstris DD. quibus Supra
Perillustris et Admodum Rndus Dnus Olszowski Cracovien Sandomirien Canonicus
Fundi Turbia Decreto praestationis iuramenti, die hesterna lato non parvit, ad expe-
dien deliberationem super forma eiusdem iuramenti sibi concessam, et ad responsionem
Vnbli Capitulo dandam hodierna die non comparuit.
Capitulum Gnale Anno 1703 Die Decima Septembris celebratum Pra-
sentibus Perillustribus DD. Dominico Lehman Decano, Raphaele Loscicki
Archidiacono, Christophoro Dembicki, Andrea Brolnicki, Casimiro Rzeczka
Luca Malski, Jacobo Mogielnicki, Stephano Zuchowski, Joanne Balis
Canonicis.
Lytuum.
In Personas Illustrium DD. Praelatorum et Canonicorum stante hostilitate Suec:
tica, et maximè in Cracovien ac Sandomirien Palatinatu, totaque minori Polonia
Anno praeterito grassante, ex Mandato Generalis Exercitus Sueici Adlecrsten
imposuerunt suos Sandomirien pensionem, scilicet lytuum, summam circiter se:

35

ptem millium Tymphonum per DD. Prelatos et canonicos proportionate et iusta
taxam ex Persona cuiuslibet exsolvendi metuendo imminens Ecclesiae periculum
tum Bonorum eorundem Prelatorum et canonicorum ruinam, Residentes pro eo
tempore rogati et deputati Illustres Andreas Brolnicki Stephanus Zuchowski.
In exsolutionem praefatae Summae pro lytro assignatae contraxerunt a variis Perso-
nis summas pecuniales, in oppignorationemque Ecclesiae argentum dederunt, et quod
pecunia solvere non valebant, argento eiusdem Ecclesiae supradescripto per-
solverunt. Cum igitur iusta fidem datam, et recognitionem per eosdem sancte
instent creditores mutuatae et creditae Summae restitutionem. Perillustres Prela-
ti et canonici pro praesenti Gnali capitulo congregati, nihil aequius et iustius
iudicando, quam ut iisdem creditoribus concredita Summa restituatur, argentumque
Ecclesiae oppignoratum aestimatur ad solutionem iusta taxam ex Personis suis
datae in lytrum Summae, itidem DD. Prelati et canonici se submiserunt et obliga-
runt, quam aliqui DD. Prelati et canonici iam persolverunt, reliqui vero se so-
luturos submiserunt et obligarunt: praecipue Perillustris Andreas Olszowski
currenti anno quadringentos tymphones se solutudum obligavit et sub-
misit. Illustris Mogielnicki in spatio duorum annorum numerare se Sum-
mam assignatam obligavit. Absentes vero DD. Prelatos et canonicos lite-
ris compellabit Dominus Procurator, quatenus sine mora pro eorum singu-
lis Personis assignatam et impositam Summam exolvant, et ad manus Dni.
Procuratoris reponant, praesens Gnale Capitulum statuit et injungit.
Capitulum Gnale Anno 1702. Nona Mensis Septembris celebratum
per Perillustrem et Amm RR DD. Christophorum Dembicki Andre-
am Brolnicki, Casimirum Rzeczka, Lucam Skalski, Jacobum Mo-
gielnicki Stephanum Zuchowski Canonicos.
Summa Sex Millium quingentorum Tymphonum per Illustres DD. Prelatos
Canonicos exsolvenda, instante gravi periculo et ruina Ecclesiae Nostrae sub

tempus

tempus Belli moderni Suetici per impositam nuper ad arbitrium Sicium Sandomi-
rien. Super Singulas Personas Prælatorum et Canonicorum Ecclesiæ Nostræ in:
debitam taxam, obviando indemnitati Ecclesiæ, Executionibus militari, tam de
Massa Capituli, quam de mutuata pecunia Nos residentes Canonici exsolvimus,
Summa Millium Sex et quingentorum Tynphorum pro singulis Personis Prælatorum et Canonicorum, cuius Summæ refusio a D.D. Prælatis et Canonicis iuxta taxam taliter instituta et ordinata. Pro Perillustri Præposito Tynphones quingenti. pro Perillustri Decano tynphones trecenti, Archidiacono Tynphones quadringenti. Scholastico tyn: quadringenti. pro Cantore quingenti, pro Custode quingenti, pro Illustribus Dembicki quadringenti Tynphones pro Bykowski tyn. Sexcenti. pro Olszowski tyn: Sephiti Tynphones pro Jordan trecenti tyn. pro Mogielnicki tynphon. quingenti pro Sidzinski tynphon. centum, pro Lotniczowicz tynphon. ducenti, pro Kamocki tynphen. ducenti. pro Siedlanowicz tynphon. centum. Præter hanc Summam Dati tum Ecclesiæ argentum ad eum finem supra specificatum.

Ex Actis Venerabilis Capituli Ecclesiæ Collegiatæ Sandomirien. Extractum, et Sigillo Eiusdem Vnibris Capituli communitum

Jacobus Orzechowski Canonicus
et V. Capti Secretarius Sandomirien:

36

1698
Serment et
Litrum

Capt Sandoval

Pro 481 / a